Lat. 13965 2.33

18²

camena

3v Carre poema meum metaforice curre poema
Et uice mando mea dic uiuus fraternule kere.
Imber doctiloquus celesti nectare odores.
Te libauit ouans quem post repleuit honorans.
Unde deo laudes iugiter persoluere debes.
Dum memor ipse tui pressus per secula bombans.
Gaudens gaudeo te Cyllenii more uenisti.
Arcum Phoebea lustrasi lampade semper.
Sed decet amplecti que contegat opperimento.
Ne nudatos eas discrimina ridiculosa.
Efficies cunctis magis doctis atque sapitis.
Hortor quin (!) potius penetrasier antra sophie.
Quo septenus fons exit perlucidus undis. :: (Cambr. multi Entsprech.)
Uirgineusq. chorus pariti numero sotiatus.
Pollet et irradiat sibimet que inuenerit aptum.
Quas tibi connubio cum iunxeris ipse beato.
Corpore uirgo manes sed mens sobolem generabit.
Que te dicimus conspectibus ut genitorem.
Res scolica mihi de radiis de musica gir! sunt Musica glau! ne modulanti uirtute (X) — Sublimabit honorabit decorabit amabit.
Donec cum sanctis ceu sol splendescere possis.
Et laudare deum trinum ueneranter et unum. ·/·
Pauma referre tibi memet fraterna coegit. (also)
Caritas que me uestram cognoscere adiuit.
Sis memor esto precor dum precibus cogitando.
Ac per contiguos = mihi sanitas flagitetur
Morbo cefalico febri quoque ualde grauor.
Qui intima clarificans facit omnia olor extactu.
Hoc fiat hoc detur tribuatur ab omnipotente.

Darauf folgt der zu dem 4a (+ IX) eingetr. musiktheoret. Text gehör. Teilst.